

De mediis = *Introductiones dialecticae artis secundum magistrum G.
Paganellum III*

Ms: El Escorial e IV 24 ff. 52v-53r

Ed.: Iwakuma 1993 pp. 112-114

1 PARVUM MEDIVM

Si (A) omnis homo est lapis, (B) quidam lapis¹ est lapis.

Unde locus? **Ab antecedenti.** Regula: posito antecedenti, ponitur consequens. Assume: sed ponitur istud antecedens (A) *omnis homo est lapis.* Quare ponitur suum consequens (B) *quidam lapis est lapis.*

(1) Proba quod sit suum consequens.

(1.1) *Si (A) omnis homo est lapis, (Ac) omne non lapis est non homo.* Locus **a pari per contrapositionem.** Regula: si vera est universalis affirmativa, vera est sua conversa per contrapositionem (Ac) *omne non lapis est non homo.* Et si (Ac) *omne non lapis <non> est homo,* vera est sua conversa per contrapositionem (A) *omnis homo est lapis.*

(1.2) Quid habes? (A) *Omnis homo est lapis.* Procede. *Si (A) omnis homo est lapis, (B) quidam lapis est homo.* Unde locus? **A conversione per accidens.** Regula: si vera est universalis affirmativa, vera est sua conversa per accidens. Sed vera est ista (A) *omnis homo est lapis.* Quare vera est sua conversa per accidens (B) *quidam lapis est homo.* **l53r**

(1.3) Quid habes? (B) *Quidam lapis est homo.* Quid habuisti? (A) *Omnis homo est lapis.* Iunge. *Si (A) omnis homo est lapis et (B) quidam lapis est homo, (C) quidam lapis est lapis.* / Locus **a subiecto.** Regula: si aliquid subicitur alicui universaliter, et aliud² subicitur subiecto³ particulariter, / illud idem subicitur praedicato particulariter. Sed in hac propositione (A) *omnis homo est lapis* homo subicitur lapidi universaliter, / et in hac propositione (A) *quidam lapis est homo*⁴ lapis subicitur homini subiecto particulariter, et in hac tertia / (C) *quidam lapis est lapis* illud idem subicitur lapidi praedicato particulariter.

(2) Quare *si (A) omnis <homo est> lapis, (C) quidam lapis est lapis.* Locus ab ante/cedenti. Regula: quicquid infert antecedens, infert consequens.

¹ lapis] l' E, et sic dehinc.

² aliud] aliquid E a.c.

³ subiecto] alicui E

⁴ homo + [si] E

2 MEDIVM A PARTIBVS /

(1) *Si (A) omne animal¹ est asinus, (B) omnis homo est asinus².*

Locus **a genere**. Regula: quicquid praedicatur de genere, et de specie. Et si (B) *omnis / homo est asinus, (Bc) omne non asinus est non homo.*

(2) Iterum si (A) *omne animal est asinus, (C) omnis asinus³ est asinus.* Locus **a genere**. <Regula>: quicquid / praedicatur de genere, et de specie. Et si⁴ (C) hoc est, (D) *omnis asinus est non homo.*

Locus a praedicato.

(3) Et si verae sunt istae duae propositiones (Bc) *omne non asinus est non homo* et (D) *omnis asinus est non homo*, (Ec) omne non lapis est non homo. Locus **a dividendis**. Regula: si aliquid praedicatur de aliquibus partibus aliquod totum sufficienter dividendis, illud idem praedicatur de toto illarum partium. Et si (Ec) *omne non lapis est non homo*, (E) *omnis homo est lapis.*

(4) Quare si (A) *omne animal est asinus*, (E) *omnis homo est lapis.*

3 <MEDIUM> A PRAEDICATO ¿¿¿= A SUBIECTO???

(1) *Si (A) omnis homo est lapis, tunc si (B) omnis lapis est homo, (C') omnis homo est homo.* Locus **a praedicato**. Regula: si aliquid praedicatur de aliquo <universaliter>, tunc⁵ quicquid praedicatur de praedicato <universaliter>, et de subiecto universaliter.

Et si quia (B) *omnis lapis est homo*, (C') *omnis homo est homo*, et quia (B) *omnis lapis est homo*, (C'c) *omnis non homo est non homo.* Locus ab ante<cedenti>.

Proba quod (C') *omnis homo est homo* sit antedecens ad (C'c) *omne non homo est non homo.*

Si (C') omnis homo est homo, (C'c) omne non homo est non homo. A pari per contrapositionem.

(2) Iterum si (A) *omnis homo est lapis, tunc si (B) omnis lapis est homo, (A) omnis homo est lapis.* Et si quia (B) *omnis lapis est homo*,

¹ animal] aili E

² asinus] .a. et dehinc saepe similiter E

³ asin(us) E, homo correxit Iwakuma1993

⁴ si hoc est, scil. si omnis asinus est asinus

⁵ tunc + [si subiectum praedicatur de praedicato] E

(A) *omnis homo est lapis, et quia* (B) *omnis lapis est homo, (D') omnis homo est non homo. **Ab antecedenti.***

Proba quod (A) *omnis homo est lapis* sit antecedens ad (D') *omnis homo est non homo*. Si (A) *omnis homo est lapis, (D') omnis homo est non homo.*

(3) Quid habes modo? Ex una parte habeo *si* (B) *omnis lapis est homo, (C'c) omnis non homo est non homo*, ex alia parte *si* (B) *omnis lapis est homo, (D') omnis homo est non homo*. Et si quia (B) *omnis lapis est homo, (C'c) omnis non homo est non homo*¹ et (D') *omnis homo est non homo, et quia* (B) *omnis lapis et homo, (E) omnis homo est asinus. **Ab antecedenti.***

Proba quod (C'c) *omnis non homo est non homo et (D') omnis homo est non*² *homo* sit antecedens ad (E) *omnis homo est asinus*. Si (C'c) *omnis non homo est non homo et (D') omnis homo est non homo, (E'c) omne non asinus est non homo*. Locus a dividendis. Regula: si aliquid praedicatur de aliquibus partibus aliquod totum sufficienter dividendis, illud praedicatur de toto illarum partium. Et si (E'c) *omne non asinus est non homo, (E) omnis homo est asinus*. A pari per contrapositionem.

(4) Quare *si* (A) *omnis homo est lapis, tunc si* (B) *omnis lapis est homo, (E') omnis homo est asinus. **Ab antecedenti.*** Regula: si aliquid infert aliud, quod illatum inferat tertium, primum inferens infert ultimum. Sed (A) *omnis homo est lapis* infert (B) *omnis lapis est homo, et (B) omnis lapis est homo* infert (E) *omnis homo est asinus*. Quare primum inferens, scilicet (A) *omnis homo est lapis, infert (E) omnis homo est asinus*.

4 PER MEDIUM A SUBIECTO ¿¿¿= A PRAEDICATO???

(1) *Si (A') omnis lapis est homo, tunc si (B') omnis homo est lapis, (C') omnis lapis est lapis. A **subiecto***³. Regula: si aliquid⁴ praedicatur de aliquo universaliter, tunc quicquid praedicatur de

¹ homo] la. E

² non + rasura 2 litterarum E

³ subiecto] praedicato E et Iwakuma 1993

⁴ aliquid] al' E

praedicato <universaliter>, et de subiecto universaliter.

Et si quia (B') *omnis homo est lapis*, [et] (C') *omnis lapis est lapis*, et quia (B') *omnis homo est lapis*, (C'c) *omne non lapis est non lapis*. **Ab antecedenti.**

Proba quod (C') *omnis lapis est lapis* sit antecedens ad (C'c) *omne non lapis est non lapis*:

si (C') *omnis lapis est lapis*,

(C'c) *omne non lapis est <non> lapis*.

Modo habes talem consequentiam. Si (C') *omnis lapis est lapis*, (C'c) *omne non lapis est <non> lapis*.

(2) Iterum si (A') *omnis lapis est homo*

[*omnis homo est lapis*],

tunc si (B') *omnis homo est lapis*,

(A') *omnis lapis est homo*.

A subiecto. Regula: quicquid¹ sequitur ad consequens, sequitur ad antecedens.

Et, si quia (B') *omnis² homo est lapis*, (A') *omnis lapis est homo*, et quia (B') *omnis homo est lapis*, (D') *omnis lapis est non lapis*.

(3) Superius habui si (B') *omnis homo est lapis*, (C'c) *omne non lapis est non lapis*. Modo habeo si (B') *omnis homo est lapis*, (D') *omnis lapis est non lapis*.

Dt si quia (B') *omnis homo est lapis*, (C'c) *omne non lapis est non lapis* et (D) *omnis lapis est non lapis*, et quia (B') *omnis homo est lapis*, (C'c) *omne non asinus est non lapis*. **Ab antecedenti.**

Proba quod illae duae propositiones (C'c) *omne non lapis est non lapis* et (D') *omnis lapis³ est non lapis* sint antecedentes⁴ ad (E'c) *omne non asinus est non lapis*. A dividitibus⁵.

Dt si (E'c) *<omne> non asinus est non lapis*, (E) *omnis lapis est asinus*. A pari.

¹ quicquid - consequens sic E, sed legendum si aliquid subicitur alicui universaliter, et aliud subicitur subiecto universaliter, illud idem subicitur praedicato universaliter

² omnis + [*lapis est homo. omnis homo est lapis*] E

³ lapis] homo E

⁴ sint antecedentes] sit antecedens E

⁵ A dividitibus] a d' E

(4) Quare si (A') *omnis lapis est homo*, tunc si (B') *omnis homo est lapis*, (E') *omnis lapis est asinus*. **Ab antecedenti**. Regula: quicquid infert antecedens, infert consequens. Sed¹

¹ *Hic librarius scribere finit.*